

quod si homo non peccasset in illa prima temptatione, statim confirmatus fuisset et ipse et omnes qui ab eo nascerentur, ita quod omnes qui nascerentur fuissent electi. Vnde, cum nunc multi qui saluantur, ex peccatoribus nascantur, sicut in obiciendo tangebatur, consequens est quod essent alii parentes saluandorum, et per consequens alii filii.

65 Set hec positio non uidetur esse uera, quia, secundum Augustinum, XIV De ciuitate Dei, status corporis in homine proportionaliter respondet statui anime: quam diu ergo homo habuit *corpus animale*, potens mori et non mori, indigens alimentis, tam diu habuit animam potentem peccare et non peccare. Habuit autem corpus animale quam diu fuit in statu generandi, quod etiam fuisset si post illam primam temptationem non peccasset; et ideo possibile fuisset, si primus homo tunc non peccasset, quod etiam ipse uel eius posteri postmodum peccarent, ut Hugo de Sancto Victore dicit. Vnde ex hoc non sequitur parentum diuersitas quod nunc sunt aliqui peccatores, tunc autem non essent.

80 Set est aliud unde necesse est ponere diuersitatem parentum, quia in primo statu unus homo non habuisset plures uxores nec etiam aliqui ex fornicatione uel adulterio nascerentur, quod nunc contingit etiam in hiis qui saluantur: multi

enim filii unius patris ex pluribus uxoribus nati saluantur, sicut patet de filiis Iacob; multi etiam ex fornicatione uel adulterio nati, alioquin eis frustra sacramenta salutis adhiberentur. Vnde relinquitur quod aliqui nunc saluantur qui, si primus homo non peccasset, non nascerentur et per consequens non saluarentur, nec tamen Dei predestinatio falleretur, quia Deus predestinauit homines habens scienciam futuri euentus.

Quod uero Gregorius dicit, quod si primus homo non peccasset, *nequaquam ex se filios gehenne generaret*, indubitanter uerum est: non enim in filios transfunderet peccatum originale, secundum quod homines *filiis ire* nascuntur. Quod autem subdit, quod *hii soli qui nunc saluandi sunt nascerentur*, intelligendum est quod pronomen facit simplicem demonstrationem, quia scilicet *soli electi nascerentur*, quantum est de ratione originis, non autem demonstrationem personalem, quia alie persone essent hominum qui saluarentur.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 5, a. 2 [9]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod uerbum cordis sit species intelligibilis.

Φ (pecia 10): Φ¹ (A⁵OP), Φ^{2a} (P⁹Ba¹E), Φ^{2b} (BaP¹V⁴); Ψ (N^aC^bF¹M⁷M¹) 66 XIV codd; cf. app. fontium 77 Victore] mare
Φ^{2b} (eras. P¹) 85 filii] om. Ψ (-M¹) patris scr. cum sec. m. V⁴: parentis codd, edd 88 adhiberentur] adhibentur Ψ(-M¹) 93 scienciam] prescienciam Ψ 93 euentus] aduentus Ψ 104 alie persone] inu. Φ^{2b}
3 uerbum] ad uerbum Φ(-Ba¹: aduerbium primo V⁴)

66-71 secundum Augustinum, XIV De ciuitate Dei — peccare²: Immo (sed cf. adn. inseq.), De ciuitate Dei, XIII xx-xxiv (CCSL 48, p. 403-414), ubi fusius distinguit Augustinus «corpus animale» animae peccabili unitum, quod habuit Adam in paradiso, et «corpus spiritale» animae inpeccabili unitum, quod habebunt resuscitati in caelo; cf. praesertim c. xx (p. 403, 13-33); c. xxii (p. 405, 1-7); xxiii (p. 405-406, u. 1-22); xxiv (p. 413, 176-198). 71-77 Habuit — ut Hugo de Sancto Victore dicit: De sacramentis, lib. I, pars vi, c. 24 (P.L., 176, 277-278, praesertim 278 A): «Sic itaque primus homo tempore oboedientiae suae casto coniugio ad propagationem posteritatis institutioni diuinae seruiens filios generaret sine peccato quidem, quoniam ex natura ab omni uitio libera, sed non similiter paternae iustitiae heredes, quoniam ipsa natura nondum foret ad incorruptionis praemium (quod nisi post peractam oboedientiam dandum non erat) transformata. Postquam autem a uita aeterna ad caelestem et spiritualem statum transformatus fuisset, amplius generare non debuerat...» (ad quod capitulum breuiter adludit Thomas, I^a, q. 100, a. 1, arg. 1). — Quod etiam, secundum Thomam, I^a, q. 100, a. 2, s.c.: «datur intelligi» ex Augustino, De ciuitate Dei, XIV (xx, CCSL 48, p. 430-431, u. 29-32): «tam felix universa societas esset humana, si nec illi malum, quod etiam in posteros traicerent, nec quisquam ex eorum stirpe iniquitate committeret, quod damnatione reciperet». 86 de filiis Iacob: Genesis, xxix 31-xxx 24 et xxxv 16-26. 98 filii ire: Ep. ad Ephesios, II 3. 100-105 intelligendum — saluarentur: Cf. supra, Quodl. III, a. 25, u. 35-52, cum app. fontium ad u. 38-40.

A. 9 Parall.: In I Sent., d. 27, q. 2, a. 1 et 2; In II Sent., d. 11, q. 2, a. 3; Q. de uer., q. 4, a. 1; C.G., I 53, duae primae redactiones (t. XIII, App., p. 20*-21*); IV 11; I 53, tertia redactio (in qua Thomas breuiter contrahit quae fusius exposuerat IV 11); Q. de pot., q. 8, a. 1; q. 9, a. 5; I^a, q. 27, a. 1; q. 28, a. 4; q. 34, a. 1; q. 85, a. 2; In Mathei eu., I, in uersic. 18; In Iohannis eu., I, lect. 1. 3 uerbum cordis: Tritissima apud Thomam, uox «uerbum cordis» non nisi semel inuenitur apud Augustinum, Sermo 288, n. 3 (P.L., 38, 1305, u. 32-33), etsi saepius eandem sententiam uariis circumlocutionibus exprimit Augustinus (uelut «uerbum corde conceptum», in eodem sermone, P.L., 38, 1305, 8-9; 1306, 26-27). — Etsi nomen «cor» metaphorice intimam animam designat apud Hebraeos, Graecos et Latinos (cf. Fr. Baumgärtel et J. Behm, καρδία, in Theol. Dict. of the New Testament, ed. Kittel, transl. Bromiley, vol. III, p. 605-614), tamen specialius uocem a corde proprie dicto procedere iam quodam modo docuerat Aristoteles (cf. De anima, II, 420b22-29), sed clarius hoc docuerunt Stoici: «Stoici uero cor quidem sedem esse principalis animae partis consentiunt... Vocem quoque dicunt e penetrali pectoris, id est corde, mitti, gremio cordis nitente spiritu...» (Calcidius, Timaei comm., c. 220, ed. Wazsink, p. 232, 12-13 et 233, 23-24; cf. Stoicorum Veterum fragmenta, II, n. 827, p. 228, et n. 894, 19-20, p. 244); insuper a uerbo quod uoce profertur distinxerunt Stoici uerbum interius («endiatheton», Nemesius, De natura hominis, c. 13, a Burgundione transl., ed. Moncho, p. 90; «interius dispositum», Iohannes Damascenus, Traditio

<1> Verbum enim cordis est quo intellectus uidet; hoc autem est species intelligibilis; ergo uerbum cordis est species intelligibilis.

<2> Preterea. Cognitio intellectiua a sensu oritur; set illud quo sensus sentit est species sensibilis; ergo uerbum cordis quo intellectus intelligit est species intelligibilis.

Set contra. Verbum cordis interius est quod exteriori uerbo significatur; set uerbum exterius non significat speciem intelligibilem; ergo uerbum interius non est ipsa species intelligibilis.

Responsio. Dicendum quod secundum Augustinum, XV De Trinitate, uerbum cordis importat quiddam procedens a mente siue ab intellectu. Procedit autem aliquid ab intellectu in quantum est constitutum per operationem ipsius. Est autem duplex operatio intellectus, secundum Philosophum in III De anima: una quidem que uocatur *indiuisibilem intelligentia*, per quam intellectus format in se ipso diffinitionem uel conceptum alicuius incomplexi; alia autem operatio est intellectus componentis et diuidentis, secundum quam format enunciationem. Et utrumque istorum per operationem intellectus constitutorum uocatur uerbum cordis, quorum primum significatur per terminum incomplexum, secundum uero significatur per orationem.

Manifestum est autem quod omnis operatio intellectus procedit ab eo secundum quod est factus in actu per speciem intelligibilem, quia *nichil*

operatur nisi secundum quod est actu. Vnde necesse est quod species intelligibilis, que est principium operationis intellectualis, differat a uerbo cordis, quod per operationem intellectus formatur. Quamuis et ipsum uerbum possit dici forma uel species intelligibilis, set sicut per intellectum constituta, prout forma artis, quam intellectus adinuenit, dicitur quedam species intelligibilis.

Ad primum ergo dicendum quod intellectus intelligit aliquo dupliciter: uno modo formaliter, et sic intelligit specie intelligibili qua fit in actu; alio modo sicut instrumento quo utitur ad aliud intelligendum, et hoc modo intellectus uerbo intelligit, quia format uerbum ad hoc quod intelligat rem.

Ad secundum dicendum quod cognitio sensus exterioris perficitur per solam inmutationem sensus a sensibili, unde per formam que sibi a sensibili imprimitur, sentit. Non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem, set hoc facit uirtus ymaginatiua, cuius forme quodam modo simile est uerbum intellectus.

<a. 3 [10]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod ea que fiunt ex timore non sint uoluntaria.

Necessitas enim uoluntati contrariatur, ut dicitur in V Methaphisice; set ea que fiunt ex timore,

Φ (pecia 10) : Φ¹ (AsOP), Φ^{2a} (P⁹Ba¹E), Φ^{2b} (BaP¹V⁴); Ψ (N^aC^bF¹M⁷M¹) 4 quo] illud quod Φ^{2ap} (illud quo Sz, sec.m. W¹) 5 uidet] uidetur V⁴: intelligit N^a: euidet C^bF¹: euitet M⁷ 8 quo scr. cum sec.m. P¹, N^aAn: quod codd (cett), edd 8-9 sensibilis] intelligibilis Ed^{19ss} 11 cordis] + ordinis Ψ(-M¹: ortum N^a) 19 operationem] comparisonem AsO, P⁹, ?Ba¹, Ba 37 format] est (ante per operationem)... formatum Ed^{19ss} 38 et] om. Φ 39 set] om. Ed^{19ss} 43 aliquo scr. cum Lo¹V⁶, B¹Pr.AuSz, sec.m. O⁴P^{10a}LNbTsSl, C^bF¹M⁷An, sec.m. V¹: aliquid cett (aliud W²: om. Ua) 54 set hoc] hoc Φ (hoc autem multi dett: set hoc non nulli; cf. Préf., p. 146*b) 54 uirtus ymaginatiua] uerbum imaginatiue Ed¹⁰⁻¹⁸: vis imaginatiua Ed^{19ss}

Φ (pecia 10) : Φ¹ (AsOP), Φ^{2a} (P⁹Ba¹E), Φ^{2b} (BaP¹V⁴); Ψ (N^aC^bM⁷M¹) 4 enim] autem Ψ (om. N^a, an spatio uac. relicto?)

orthodoxae fidei, c. 35 [II 21], a Burgundione transl., ed. Buytaert, p. 131). Inde Basilius, Hom. 16 (P.G., 31, 477 A): δ (λογός) ἐνδιάθετος ἐνυπάρχων ἡμῶν ταῖς καρδίαις; Iohannes Damascenus, Trad. orth. fidei, c. 13, a Burgundione transl. (ed. Buytaert, p. 62, 109-110): «Verbum rursus est quod non uerbo profertur, sed in corde enunciat». 11 Verbum... interius: Cf. adn. sup. 15-16 Augustinum, XV De Trinitate: xx 18 (CCSL 50 A, p. 484-485): «Quaedam ergo cogitationes locutiones sunt cordis ubi et os esse dominus ostendit cum ait: Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Vna sententia duo quaedam hominis ora complexus est, unum corporis, alterum cordis. Nam utique unde illi hominem putauerant inquinari in os intrat corporis; unde autem dominus dixit inquinari hominem de cordis ore procedit... At in eo quod sequitur os cordis ostendens: Quae autem procedunt, inquit, de ore de corde exeunt cogitationes malae, et cetera»; a Thoma laud. Q. de uer., q.4, a.1, arg.2. 20-21 Philosophum in III De anima: Ar., De anima, III, 430a26-28, a Iacobo transl. (ed. Gauthier, p. 476) uel a Guillelmo recogn. (ed. Leon., t. XLV 1, p. 224); cf. Thomas, In Peryermenias, I 1, u. 1-8, cum adn. ad u. 6 in ed. Leon., t. I* 1, p. 5. 33-34 nichil — actu: Adagium saepius a Thoma laud.; cf. In De anima, III 1, 296-297; In De sensu, I 9, 178-179, cum app. fontium.

A.10 Parall.: In IV Sent., d.29, q.1, a.1; In ep. II ad Cor., IX, lect.1, in uersic.7; I^a II^{ae}, q.6, a.6; a.7, ad 1; In Eth., III 1, u. 105-167; 2, u. 95-105. 5 in V Methaphisice: Ar., Met., V, 1015a26-30, a Michaele Scoto transl., in Auerroc, In Met., V, textus 6 (ed. R. Ponzalli, p. 98): «Et etiam dicitur necessarium de re faciente uiolenciam et de uiolencia. Et hoc est quod impedit uoluntatem. Faciens enim uiolenciam dicitur necessarium. Et ideo est contristans, etiam sicut dixit Odinus (codd) quod omne necessarium est contristans», cum comm. Auerrois (comm. 6, ibid., p. 100, 49): «necessitas est contra uoluntatem». Quem locum saepius laud. Thomas, semper in translatione Scoti: Q. de uer., q.13, a.1, arg.5, u. 45-47; Q. de malo, q.5, a.3, arg.3, u. 19-21; I^a II^{ae}, q.31, a.7, arg.2; In Eth., III 2, u. 136-138; 3, u. 26-27; II^a II^{ae}, q.88, a.6 ad 2.